



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

LIII. Die von Wartenberg überlassen dem H. Geist-Hospital das Schulzenthum zu Spiegelhagen im J. 1352.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

LII. Ulrich von Wartenberg verzichtet auf die Lehns Herrlichkeit über das Schulzenthum in Spiegelhagen im J. 1352.

Vniuersis cristi fidelibus presentibus et futuris cupio fore notum, Quod ego vricus wardenberch famulus, filius Johannis Wardenberch cognominati scande, sana prouidentia maturoque meorum amicum consilio vsui sancti spiritus siue domui eiusdem in ciuitate perleberch site ac pauperibus in eadem degentibus presentibus et futuris rationabiliter dimisi et presentibus dimitto pheodum siue Jus pheodi duorum manforum in campis ville speghelhagen sitorum, curie prefeeti ibidem adherentium et agri dicti ouerlant circa dictos manfos et nouum molendinum jacentis perpetuo, Sicut mei parentes antea et ego huc usque possedimus, libere et pacifice possidendum, Renunciens omni juri et possessioni, quod uel que mihi uel meis heredibus compeciit uel in futuro competere possent de eisdem, renunciatione debita et sollempni, nichilque facultatis et iuris michi siue meis heredibus in ipsis reseruando. In cuius rei testimonium meum Sigillum presentibus est inpenfum. Testes uero hujus sunt Thidericus wardenberch knybus cognominatus, hinricus radolphi, Thidericus dalmyn, consules perleberch, hermanus langhe et wichemanus goscow, prouifores dictorum pauperum, et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> secundo, proximo die assumptionis sancte Marie.

Nach dem Original.

LIII. Die von Wartenberg überlassen dem H. Geist = Hospital das Schulzenthum zu Spiegelhagen im J. 1352.

Vniuersis ac singulis presentibus et futuris hanc litteram intuentibus seu in posterum Inspecturis cupimus fore notum, Quod nos fratres Johannes et ywanus, gherhardus et hermannus, brunighus et Conradus, dicti Wardenberghe, filij Johannis Wardenberghe quondam morantis in cedyne, omne Jus et Judicium supremum et Infimum manus et colli et Jus pheodale duorum manforum in campis ville speghelhagen sitorum curie Sculteti ibidem adherentium, quod nobis compeciit aut in futurum nostris successoribus uel nobis possit competere usui siue domui sancti spiritus in ciuitate perleberch constructe aut pauperibus in eadem degentibus libere dimisimus et presentibus dimittimus cum omni libertate et comodo fructu perpetuo possidendum nostra ac nostrorum heredum Inpetitione ac contradictione penitus quiescente Renunciantes eidem Juri et vsu fructui ac omni dominio in eisdem per nos et nostros parentes huc vsque habito debita renuntiatione presentibus et sollempni: unde si aliquis nostrorum seniorum aut Juuenum dietam renuntiationem aut dimissionem reclamare presumeret, quod absit, dictum Jus dictorum manforum, hanc Inpetitionem nos reliqui disbrigabimus cassando, Ita quod dicta domus sancti spiritus aut pauperes inibi nullum de ea sentiant detrimentum quum dicti pauperes et eorum prouifores nobis sufficienter reconpensauerunt dicta bona pecunia cum parata, que vna cum strenuis famulis ywano et ywano dictis de redekestorp Juratis manibus et bona fide iussimus seruare Inconuulsa. Nos uero ywanus et ywanus famuli dicti de redekestorp ad instantiam dictorum fratrum de Wardenberghe omnia premissa pariter cum eis perpetue fideiussimus et presentibus fideiubemus Inuiolabiliter dicte domui sancti spiritus ac prouiforibus eiusdem obseruari, In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa exceptis amborum Juniorum sigillis quia propriis caruerunt. Testes huius sunt honesti viri vritze borre, vritzo de Cumenlose, hinricus radolphi et wychemann et alij quam plures fide digni. Datum Anno Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> L<sup>o</sup> secundo in die sancti Johannis evangeliste ante portam.

Nach dem Original.